

de Caccialup. in tractatu de unione. art. 6. nu. 1. & 14. vol. 15. tract. duos. doct. fol. 151. ¶ Item si Ecclesiam suam mensa vel Capituli non possit unire Praelatus de consensu Capituli, quia non potest autorari in casu suo proprio, ut in d. l. Clem. si una, secundum Petrum de Perus. in eod. tract. de unione. c. 5. n. 19. & 2. fol. 155. Adhuc in nostro casu alienatio erit nulla, quia fuit facta sine consensu Capituli, & sic non fuit servata solemnitas, quam Abb. requirit Nec etiam necessitas aliqua aderat, vel probatur adesse tempore praefate alienationis, quae eam possit iustificare, quo fit, ut doctrina Abb. post glossas & sequacium sit in nostrum fauorem.

Superest modo, ut satisficiamus allegationi praecipua aduersae partis, quae nititur super intellectu d. c. terrulas. 12. q. 2. & similibus, asserentis, castanetum praed. esse praedium paruum, modicique laboris, ac proinde solum Episcopum absque alia solemnitate potuisse id alienare, iuxta dictum tex.

8. Cui respondeo, quod ius Canonicum ita prohibet alienationem rei paruae bonorum ecclesiasticorum, sicut magna, ut in d. c. sine exceptione, ubi quicquam, per quem tex. ita notat & probat alius Rebuff. in compend. alien. rerum. & cels. num. 58.

9. Imo deponitur si alienans praedium Ecclesiae, etiam exiguum, ut in cap. quicunque. 1. 17. q. 4. ubi, praedium magnum vel exiguum, vel quicquam de iure Ecclesiae alienare iudicatur. ¶ Non obstat d. c. terrulas: quia loquitur expresse & procedit in terris exiguis, & minus vilibus, aut longe positis, quae quidem possunt sine solemnitate alienari, sicut in aliis, & ad hoc accedit omnis pene turba doctorum, secundum Rebuff. ubi supra, nu. 60. qui alium nouum intellectum assignat illi text. in nostrum fauorem. Potest etiam & ille tex. intelligi, iuxta text. in d. c. sine exceptione, in illis videlicet rebus, quae Ecclesiae plus incommodi, quam utilitatis afferunt. Verbi gratia, si plus expenditur in edificatione vel cultura, quam recolligatur ex redditibus vel fructibus earum, ut notat Rebuff. ubi supra, nu. 124. & nu. 125. refert quatuor requisita ad hoc, ut procedat d. c. terrulas. Primo, quod res sit exigua & modica, ut probat tex. ubi, terrulas, & ubi, exiguis. Secundo, quod non sit Ecclesiae utilis, ubi, Ecclesia minus utilis. Tertio, quod necessitas fuerit, ubi, si necessitas fuerit. Quarto, quod licet ille tex. dicat his concurrentibus posse omitti consilium fratrum, alia tamen solemnitates requiruntur, cum illae non sint sublatae in illo tex. sed tamen consilium fratrum, in ceteris autem nihil est immutatum; Vnde quare exstare prohibebuntur, arg. l. precipimus, §. fin. c. de appellat. & in l. sancimus, c. de testam.

In nostro autem casu minime concurrunt praedicta requisita. Quia licet d. praedium esset paruum, non tamen erat inutile dignitati Episcopali, sed imo potius utile, ut testes examinati in ipsa causae cognitione puia ad praed. alienationem faciendam declarant, quamuis adiciant, ut vilius esse, cedere in censum perpetuum. Nec est in loco longinquo, nec vllis reedificationibus egebat, nec necessitas alienationis instabat. Et paruo sumtu posset Episcopus facere inferi castanetum praed. siue ipsius castaneas in situas reddere, aliaque de nouo plantare, ut maximi redditus fieret, pro ut nunc est factum: sicque alienari minime potuit absque Summi Pontificis licentia, quia d. c. terrulas, alienationem non fouet, ut ex supra dictis constat, maxime, concurrente praed. enormi lesione, allegata pro parte fiscalis.

Ex omnibus si supra dictis in hoc primo articulo inferatur ad decisionem alterius quaestionis, de qua etiam responsio exquiritur, An etiam fructus percepti ab emtore ex d. praedio sint restituendi domino Moderno Episcopo, saltem suo tempore percepti? Et videtur, quod non: quia iste emtor errauit in iure. Existimauit enim, solemnitatem, quae interuenit in ipsa alienatione, scilicet, con-

cessionem Episcopi cum causae cognitione super utilitate inde sequutura ipsi Episcopali dignitati esse sufficientem, maxime, propter paruitatem praedii, ut in d. c. terrulas. Error igitur iuris quamuis non sufficiat ad uelucationem, prodest tamen ad acquisitionem fructuum, ut in l. sed & si lege. §. si de petu. hered. & ibi notat Bar. & ceteri scribentes, tenet glo. expressa in l. si fur, §. 1. verbo, erranti, ad finem, ff. de usucap. Est quoque communis & recepta sententia, ut plures allegantes resoluunt D. Couar. d. l. 1. var. resol. cap. 3. num. 8. & Arias Pinell. in l. 2. c. de res. ind. vendit. secunda parte, numer. 31. & sequentibus, Octavian. Cachet. an. decif. Pedemon. 159. nu. 5. & sequentibus, qui vltimus optime eam probat, & Io. Garf. in Tractat. de expens. cap. 23. ex nu. 24. & Menchac. lib. 3. Controvers. usuf. sequent. c. 70. ex nu. 9. Molin. in Consuet. Paris. l. p. 22. nu. 52. & etiam si ius resisteret ad excludendam praesumptionem male fidei, sufficerent quaecunque coniecturae deductae ex consuetudine, vel ex aliis circumstantiis, secundum Carol. Molin. ubi supra, nu. 52. & Io. Garf. nu. 28. & allegat plures Lambert. de Contrah. gl. 1. num. 20. Sed hoc non obstat contrarium est verius & tenendum, scilicet, ut d. praedium restituendum sit cum fructibus domino Episcopo, eiusque mensae, quia fuit alienatum absque iuris Canonici debitis solemnitatibus, & sic ipso iure prohibente, reclamante atque contradicente. Quo casu si datur mala fides in emtore, ut in l. quem admodum. C. de agricol. & censit. lib. 11. ubi, mala fidei namque possessorem esse nemo ambigit, qui aliquid contra legem interdicta mercatur. Idem probat tex. in cap. qui contra, de regulis iur. in 6.

Ex quibus si iuribus haec est communis resolutio doctorum, quod error iuris prohibitorii siue interdictorii inducit malam fidem, sicque impedit fructuum acquisitionem, ut cum gl. & Bart. ubi supra, & aliis deducunt D. Couar. d. nu. 8. & d. decif. Pedemon. 159. nu. 11. Id quod etiam constat ex Pinello, ubi supra.

Secundo si haec sententia in propriis nostris terminis alienationis rei Ecclesiae non seruata debita solemnitate, probatur tex. apertus in l. iubemus nulli, §. praed. c. de sacrosant. Eccles. & in c. non licet Papa, 12. q. 2. tex. clarus in cap. si quis presbyterorum, ad fin. de rebus Eccles. non alienan. ubi, ut cum fructibus possint alienari a repositore. Per quae iura hanc nostram sententiam probarunt Abb. in cap. si diligenti, num. 23. de praescript. & ibi Paris. nu. 26. Thomas Grammaticus plures referens decif. Neapo. 79. num. 7. & sequi. ubi num. 9. dicit communem, eamque refert D. Couar. ubi supra. Ultra quos eandem sequitur Rebuff. ubi supra, nu. 107. Hanc resolutio esse veriorum & crebriorem late agens ad partes, asserensque iuxta eam iudicatum fuisse per senatum Pedemon. Octavian. ubi supra, per totam illam decisionem, praecipue nu. 11. & sequentibus. Et haec est magis communis & sustentabilior sententia (quae ius Innocen. velit, hoc casu emtorem bonae fidei a fructuum restitutione exculare) ut testatur Felin. in c. cum causam, nu. 27. de re iudic.

Vbi opinio si Innocentii saluat, quando probabilis error facti esset, ut quia emtor iusta ratione motus putasset interuenire solemnitatem, quae vera non interuenit, quod & tenent alii relati per D. Couar. ubi supra, & per Octavian. d. decif. 159. nu. 9. ad fin. Sed in proposito hic error facti minime potest considerari, nec admitti, cum ius resistat, nec ipse allegetur. Praemaxime, cum d. emtor esset vir prudens & sagax valde, ut omnibus notum est. Quo casu, si iustitiam est literatus, non excusatur a restitutione fructuum ob bonam fidem ex errore iuris causatam, secundum d. Aret. consil. 17. col. 8. vers. praeter ea alia ratione, Thom. Gramm. d. decif. 70. n. 7. & 8. & Octavian. ubi supra, alia adducet, Pinell. quoque ubi supra. Nec etiam oberit, quod ait Syluest. in summa verb. alienat. nu. 14. ex Ang. quem refert, scilicet, quod ubi causa alienationis fuit legitima

legitima, & non fuit seruata forma, emtor in foro conscientiae non tenetur ad fructuum restitutionem: quia in proposito constitit & constare debuit emtori, minime interuenisse solemnitatem a iure requisitam. Imo causa alienationis non fuit legitima, sicque omnino veniunt condemnanda bona defuncti emtoris, ipsorumque defensorum ad restitutionem praed. praedii, super quo lis vertitur, cum fructibus ex eo perceptis, quia alienatio fuit nulla propter non seruatas iuris solemnitates, ut in simili casu concludit Thom. Grammat. d. decif. 79. per totam, dicens ita pronuntiatum per factum Regium consilium Neapolitan.

18. Non obstat communis opinio pro contraria parte relata, quia ipsa procedit in errore iuris actui non assentientis nec interdicentis, scilicet vero est, si ius prohibeat vel contradicat, ut in alienatione rerum Ecclesiae sine debita solemnitate contingit, quia omnia iura id prohibent atque interdicit, ut supra quoque cum communis est dictum. Per quam declaratur & limitatur prima communis opinio in contrarium adducta, ut idem interpretis sigillatim fatentur atque testantur, & refert plures Lambert. ubi supra, nu. 121. Secundo modo potest responderi, non esse veram d. communem opinionem pro contraria si parte adductam, imo verius esse in d. iudicte iuris errorum non prodeesse ad acquisitionem fructuum, ut subtiliter & cum iudicio optime defendit Pinell. ubi supra, pluribus numeris tenens quoque contra eandem receptam sententiam, nullam esse in hoc differenciam inter alienationem rerum minorum & Ecclesiarum, sine solemnitate debita respectu acquisitionis fructuum, sed utroque casu ipsos esse restituendos per bona iura & rationes, quas adducit, optime faciens iuribus in contrarium adductis. Tandem nu. 43. non dubitat (si attente & cum iudicio per eum adducta attendantur) non solum verius, sed & receptius dicendum fore, ut error iuris ad acquirendos retineat dosque fructus non valeat, quod sit in aliis. In rebus Ecclesiae alienatis non seruata iuris solemnitate constitutum atque receptissimum est, idque verissimum ex iuribus supra allegatis, errorem iuris non sufficere ad fructus acquirendos, imo ipsos simul cum re male alienata esse restituendos, ut in d. l. iubemus nulli, §. praedia, & in d. c. si quis presbyterorum, & communi resolutione doctorum iuris decisione munita, quae minime admittunt restrictionem Innocentii & sequacium, nec ipsa vera vilo modo potest esse in nostro casu per supra dicta: Eandem communem sententiam veriorum esse arbitratur, plures auctores eam tenentes referens Lambert. ubi supra, nu. 119. & 123.

SUMMARI A.

- 1. Omnis conuentio vel contractus, dolo vel metu celebratus, etiam cum iuramento, annullatur vel rescinditur, impetrata prius absolutione a iuramento.
- 2. Metus cadens in constantem virum is est, qui illatus cogit quem eligere minus malum ob maius malum sibi imminens effugiendum. metus exigitur in famina, quam in viro. hic probatur consuetudinibus, iudiciis & per testes. coactionis sufficit ad rescindendum contractum in iuramento. tormentorum idem operatur, quod questio ipsa. eius naufragii idem operatur, quod naufragium in armorum idem operatur, quod arma ipsa operantur. si armatus ad latro alienatus, licet arma non motus, dicitur opem ferre ei, cui affert. si iustus, qui cadere possit in constantem virum, iuramentum visum, etiam si arma semel summa sibi deposita.

- 11. Timor inferenda violentia, licet illata non sit, electionem vitiat.
- 12. Metus cadens in constantem virum, quis dicatur, relinquatur arbitrio iudicis.
- 13. Index prudens ac diligens iustum metum arbitrabitur iuxta personarum qualitates.
- 14. Testibus duobus de metu deponentibus magis credendum est, quam centum, vel mille de spontanea voluntate.
- 15. Metus probato, actus ob eum factus, etiam ex inter nullo, vitatur.
- 16. Metus reuerentialis cum minis prolatis a solito eas exsequi, sufficit ad rescindendum contractum.
- 17. Metus patris, vel matris, quibus casibus sufficit ad rescindendum contractum, sufficit etiam metus fratris illatus sibi iuniori: idem est in fratre respectu fratris maioris natu, & in metu reuerentiali patris.
- 18. Probabilis est coniectura metus, cum quis cum eo contrahit, quem in superiorum recognoscit, & cui aduersari non audeat.
- 19. Maior praesentia quando sola ipsa metum probabit.
- 20. Metus reuerentialis cum enormi lesione simul, operatur contractus, etiam iurati, rescissionem.
- 21. Contractus etiam iuratus rescinditur ob solam enormissimam lesionem absque metu impetrata absolutione a iuramento.
- 22. Magna quantitas, ut dicatur enormissima lesio, dicitur sexta pars totius, & nu. 23. ponuntur exempla, quae in practica contigerunt enormissimam lesionem, ob quam fuerunt rescissi contractus.
- 23. Interueniens amicorum vel propinquorum non sufficit ad tollendum metum praecedentem, licet grauet actorem onere probandi metum duriorum, vel grauiorem, minus parat praed. metum, si enormem lesionem quis ex contractu passus sit, nu. 24.

CONSILIUM XVI.

IN nomine Domini, Amen. Vbi processu inter dominam Catharinam ex una, & matrem & fratrem ipsius ex altera partibus, super annullatione vel rescissione instrumenti ab eadem filia vi confecto, in quo annullant aliquid instrumentum prius a matre confectum in fauorem ipsius atque fratris sui, quo promissum neminem filiorum meliorare, sed quod ambo, scilicet frater & soror diuiderent aequaliter bona materna, intentio atque petitio eiusdem Catharinae, facta iusta videtur atque pro ea esse necessario pronuntiandum, nepe, quod instrumentum factum a praed. filia, sit nullum, vel saltem rescindendum, confectum vero prius a matre, esse seruandum, atque per consequens, minime posse praed. matrem d suum filium in aliquo meliorare: sed omnia bona ipsius aequaliter esse diuidenda post mortem suam inter dictos suos liberos, sequentibus fundamentis ostenduntur. ¶ Primo, quia omnis conuentio vel contractus dolo vel metu celebratus etiam cum iuramento, annullatur vel rescinditur impetrata prius absolutione a iuramento, ut in auth. sacramenta puberum, c. si aduers. vend. ubi, per vim autem vel per iustum metum extorta. Idem probat tex. in c. quamuis pactum, de pact. in 6. ubi, non vi, nec dolo praestito, & in c. si vera, & in c. cum contingat, de iur. iur. ubi, sine vi vel dolo, cum similibus. Vbiq; notat communiter Doct. & ipse post eos scripti in praed. locis referens leges Regias idem probantes. Vnde cum in praesenti processu sit probatus metus & coactio tribus testibus, consequens est, ut praed. scriptura a filia celebrata veniat annullanda, vel saltem rescindenda, etiam si sic iurata, cum tuerit prius impetrata absolutio a iuramento, & in processu producta. Et quod metus probatus, sit sufficiens, probat, quia metus cadens in constantem virum is est, qui illatus cogit quem eligere minus malum ob maius malum sibi imminens effugiendum, ut ex pluribus probat & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 3. §. 4. n. 2. ¶ Minor tamen metus exigitur in femina, quam in vi-



4 ro. vt ibidem idem auctor resolut in num. 9. ¶ Et pro-  
batur metus hic cōiecturis, indic. is & per testes, vt te-  
nent Bart. in l. ob turpem, ff. de condit. ob turp. caus. Do-  
ctores in lante. p. f. C. de transact. D. Couar. vbi supra,  
cap. 5. num. 10. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. casu  
136. num. 2. & 3.  
5 Quo fit, vt non solum coactio ipsa, sed metus co-  
actionis sufficiat ad rescindendum cōtractum, etiam iu-  
ratum, quia metus pprie dicitur, quasi periculum im-  
minens: nam si fieret coactio realis, vis nuncuparetur.  
Si igitur solus dolus sufficit ad annullandum vel rescin-  
dendum cōtractum iuratum, quis maior dolus potest  
esse, q̄ metus cadens in constantem virum, vel femi-  
nam? Paria sunt, idemq; operatur metus coactionis,  
quod ipsa coactio, vt probat text. in l. nouissime, l. i. me-  
6 tuens, ne compelleretur, ff. quod falsu. i. auctor. ¶ Ex quo  
text. notant ibi Dynus & Bald. idem operari metū tor-  
mentorum, quod q̄tionem ipsam. Et eandem opin. se-  
quuntur plurimi, eosq; in vñ congerens Illustriss. D.  
Ant. de Padil. in l. cum v. opinas, la. i. nu. 3. & 4. C. de trans-  
7 act. ¶ Vnde si ipse probat num. seqq. idem et operari me-  
tum naufragii, q̄ naufragium ipsum, vt in l. Padil. ff. de  
8 incendio ruin. & naufrag. Atq; idem operatur timor ar-  
morum, q̄ arma ipsa operantur, vt in l. 3. §. armis de  
9 iur. ff. de vi & vi armat. vbi illi text. in hoc expendunt  
Bart. & Ang. Vnde qui est armatus ad latus alcius, li-  
cet arma non mouerit, dicitur opem ferre illi, cui astat,  
10 vt ibi plures allegans probat n. 7. ¶ Quare si cū iustus me-  
tus, qui cadere possit in constantem virum, matrimoni-  
um vitiat, vt in c. veniens, el segundo, & in c. consultatione,  
de sponsalib. etiam spirituale, vt in c. de his, qua vt metus,  
caussa sunt. habebit id etiam locum, vt iustus metus fu-  
isse dicatur. etiam si semel arma sumta fuerint de posita,  
vt cum Alexand. Curt. & Alciat. deducit idem D. Illu-  
strissimus Anton. de Padil. vbi supra num. 7. ¶ Addens  
quod si timor quoq; inferenda violētia, licet illata non  
11 sit, vitiat electionem iuxta glossam notabilem in cap. bo-  
nar. i. ver. h. metuebant, de electione quam ibi sequuntur o-  
mnes, & præterea Alex. cons. 98. nu. 5. vol. 3. Quæ omnia  
eo adducta sunt, quoniam expressa, imo a fortiori in  
fauorem d. Catharinæ esse videntur, cum sit probatum  
metum armorum sibi illatū fuisse, vt annullaret primā  
scripturam in sui fauore a matre cōfectam: nepe, q̄ ma-  
ter ipsa filio p̄cipiebat, vt ipsam filiam occideret, dicens  
occide, occide eā, aliaq; verba minarū in eam p̄ferbat,  
p̄bris & cōiuitis ipsam afficiens, ita vt non sponte, nec  
libere, sed coacte cōdescenderit in voluntatem matris.  
Et quod adhuc ita coacta minime consentiret, nisi tūc  
temporis admonita fuisset a quadam Maria teste præ-  
dicti metus & coactionis, vt annullaret prædict. scri-  
pturam, quia ipsa a quodam iuris perito acceperat esse  
nullius momenti, quod ab ea factum esset metu aut  
coactione, vt omnia præd. affirmant testes in suis depo-  
sitionibus iuratis. Quæ cum domi, noctu & clausis ia-  
nuis cōtigerint, materq; & filius aduersus puellam vir-  
ginem, atq; minoris ætatis, sibiq; subditam ea patraue-  
rint, nimirū, q̄ aliter metus probari non poterit, ma-  
xime, quia probantur etiam minæ fuisse eidem, quod si  
ipsa voluntatem eorum non faciebat, nempe annu-  
lare præd. instrumentum, eam matrimonio minime col-  
locarent. Quis ergo sanæ mētis erit, qui has minas  
12 uioues, metumq; maiorem alio quocunque metu non  
iudicet in p̄cella decora nimis, maxime affecta cupidi-  
tate & desiderio nubendi? Præmaxime, cum sit proba-  
tus metus aliis modis illatus. ¶ Cum igitur arbitrio iu-  
dicis relinquatur, quis dicatur metus cadens in constan-  
tem virum, iuxta gl. cōmuniter receptam in d. Interpo-  
sitas, C. de transact. & ibi Doctores præcipue D. Anton. de  
Padilla nu. 13. qui cōmunem affirmat ex testimonio D.  
Couar. dict. cap. 3. §. 4. nu. 8. Sequitur plurimos referens

dicensque, quod omnesere nostri hoc dixerunt. Me-  
noch. de arbit. iud. lib. 2. centuria 2. casu 135. num. 3. Vbi  
num. 4. & 5. Inquit ex Innocent. & aliis, quod iudex  
13 prudens ac diligens iustum metum arbitrabitur, iuxta  
personarum qualitatem, sicque minor metus cadit in  
puerum quam in virum, vt docet experientia. ¶ Adeo  
vt si magis credendum sit duobus testibus de metu de-  
14 ponentibus, quam centum vel mille de spontanea vo-  
luntate, vt asserit Innocent. in ca. super hoc, de renuntiat.  
num. 2. in versio. inducunt ansem profe. Quia qui depo-  
nunt de metu, id, quod asserunt, sensu corporeo per-  
cipere poterunt. Illi autem qui testantur actum ipon-  
te & libere gestum, cum res sit in animo recondita, non  
potuerunt id sensu corporeo percipere. Quare opinio-  
nem Innocentii sequuntur plurimi relati per D. An-  
ton. de Padilla, vbi supra, num. 34. vbi testatur commu-  
nem esse, de quo diximus supra consilio ab hinc 1. Bonus  
atque circumspēctus iudex arbitrari iure optimo de-  
bet, probatum esse sufficere metum in proposito ex  
omnibus supradictis. Imo probato si metu actus ob  
15 eum factus, etiam ex intervallo, vitiat: quia videtur  
metu factus durante causa metus, vt bene concludit  
Bartol. in l. 2. ff. de condit. ob turp. causam, quem refert  
& sequitur valde commendans Roderic. Suar. allega-  
tione 24. in versio. adde etiam elegans dictum Bartol. item  
Iaf. in §. quadrupli, num. 67. Insuper de alio, vbi additio a-  
lios refert; sequitur plures referens Philip. Decius con-  
sil. 498. num. 6. & cons. 690. num. 11. & 12. & Ant. Gom.  
2. tom. cap. de rest. m. nu. 27. versio. item adde. Vbi loqui-  
tur, etiam si fiat talis actus vel cōtractus ex maximo  
intervallo.  
Secundo si principaliter iustitia eiusdem Catharinæ  
16 probatur euidenter. Quia licet solus metus reuet etia-  
lis non sufficiat ad rescindendum cōtractum iuratum,  
secundum cōmunem: quamuis gl. in l. 1. §. qua oneranda,  
ff. quarum rerum act. non detur, & alii contrarium velint,  
si tū minæ p̄cedat ab illo, qui solet eas in executionem  
deducere, licet eas tūc tēporis non exsequatur, iuncto  
metu reuerentiali sufficiunt ad rescindendum præd. cō-  
tractum, vt tenet declarans materiam hanc Bart. in d. §.  
qua oneranda, quem sequitur Abb. in d. c. cum contingat,  
& ibi Alciat. in primis columnis. Sequitur optime p̄bans  
Roder. Suar. d. allegat. 24. ad fin. Vbi exemplum fingit,  
q̄ pater est homo crudelis, austerus & seuerus erga fi-  
lios, & alios sibi non obtemperantes, & homo p̄tendens  
lucra & intereff. crudelis contra filios non faciens id,  
q̄ venit in eius cōmodum, & filius est multum obediēs  
patri, est et modicæ ætatis, est etiam mulier, q̄ est imbe-  
cillis, & in qua minor metus sufficit. Refert & sequi-  
tur nouissime Ignat. Salzedo in adnotat. ad reg. 32. Ber-  
nardi Diaz in secunda limitatione. Quæ omnia conuer-  
rūt & sunt probata in nostro casu & præfenti processu,  
cum d. Catharina sit filia minor, modicæ ætatis, & obedi-  
ens matri, eiq; lubiccta, tam ratione reuerentia iure  
naturali debita: itaquam matri q̄ ratione curæ, quam  
mater in filiam & ipsius bonis habebat, vt cōstat ex p̄-  
cessu: mater etiam crudelis, rigida nimis & auster, so-  
litaq; exsequi suas minas, & amicissima eius, quod sibi  
interfit, vt optime probatum existit. Mirè igitur coa-  
uenit casus noster cum supradicto, quem Bar. & Roder.  
Suarez vbi supra fingunt: imo est idem, in quo rescindi  
debet actus. Quam etiam opinionem principalem se-  
quitur & testatur communem D. Couar. dict. cap. 3. §. 6.  
num. 4. & Anton. Gomez vbi supra d. nu. 27. & D. Ant. de  
Padilla in d. l. interpositas, num. 16. vbi plurimos allegans  
testatur eam esse communem. Et n. 21. ad fin. inquit post  
alios, quod quibus casibus patris vel matris metus suf-  
ficiens est ad rescindendum cōtractum, sufficit quoq;  
17 metus fratris illatus sorori iuueni, & idem in fratre re-  
spectu fratris maioris natu, & in metu reuerentiali pa-  
trui

trui esse affirmat ex auctoritatibus ibi per eum allega-  
tis. Eandem sequitur cum aliis Ignatius Salzed. vbi sup.  
18 in fine. ¶ Sic probabilis est cōiectura metus, cū qs cum  
eo contrahit, quem in superiorem recognoscit, & cui  
aduersari non auderet, vt in filio erga patrem ita cen-  
suerunt Aretin. consil. 24. num. 6. qui idem dixit esse de  
sorore, quæ cum fratre contraxit, & Socin. Iunior con-  
silio 47. num. 32. & 33. lib. 3. Qui ait, solam ipsam reue-  
rentia causam probabilem esse, qua rescindatur con-  
tractus, quod respondet & Ripa libro 3. responsor. cap. 15.  
19 num. 8. in fin. ¶ Et licet supra dixerimus, & præterea  
affirmet Socin. Iunior consil. 77. num. 54. lib. 1. & consil.  
67. numer. 39. lib. 2. & Boerius questione 100. num. 11. me-  
tu reuerentialem non præsumi ex sola maioris præ-  
sentia, nisi cum illa intercesserit, vel laesio vel minæ, ta-  
men si ipsa maioris presentia iudicis arbitrio huiusmodi  
di sit, vt probabiliter metus dici possit, vt interuenie-  
re enormi damno sola ipsa metum probabit, quem ad-  
modum respondit Socin. Iunior d. consil. 47. nu. 43. lib. 3.  
quem, & suprad. sequitur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent.  
secunda, casu 136. n. 6. & sequentibus. Quam igitur in præfenti  
processu sit probatus metus per matrem crudelem &  
austera illatus, solitamque exsequi suas minas, item  
& per fratrem maiorem in fororem minorem, & qui-  
libet metus reuerentialis per se solus cum minis suffi-  
ceret, consequens est, vt optime sit probatus præd. me-  
tus in proposito illatus a duabus personis simul in femi-  
nam minorem, eandemque filiam & fororem, illisq;  
subditam & obediētem.  
20 Tertio si quidem peremptorie iustitia dictæ Catha-  
rinæ manifestissime ex eo probatur: quia etiam sublata  
probatione metus, læsio maiori vel minori contingens  
vltra dimidiam iustæ estimationis simul cum metu re-  
uerentia & obsequii paterni aut maritalis, operatur  
cōtractus rescissionem, vt ea fiat ratione præd. metus,  
licet iuramentum conventioni accesserit. Quia dolus  
præsumitur in ea conventionem adhibitus, & oppressio  
quædam, saltem reuerentia patris vel mariti. Alioquin  
enim non est verosimile, quod tantæ læsioni filia vel v-  
xor consentisset, text. elegans in l. si superstitis, C. de dolo,  
quo fundamentum hanc opinionem in terminis proba-  
tur Paulus de Castro, Corneus & Aretin. & Aymon.  
Crauet. & eos referens D. Couar. de pact. in 6. tertia parte  
relect. §. 4. num. 7. vbi se refert idem tenentem in quarto  
lib. decretal. secunda parte, cap. 3. §. 6. nu. 4. & ante eum te-  
net Alciat. in d. l. cap. cum contingat, num. 2. Hanc testa-  
tur esse communem opinionem plures referens D. Ant.  
in d. l. interpositas, nu. 21. dixi ego in authentica, sacramenta  
puberum, num. 93. & 94. C. si aduers. vendit. & Salzedo v-  
bi supra, l. i. n. 1. Qui omnes loquuntur in enormi læ-  
sione cum reuerentia paterni vel mariti. Mater nam-  
que parens est: & idem in reuerentia fratri debita a so-  
rore probatum est supra. Cum ergo in proposito enor-  
mis læsio contingat, vt est probatum, imo & enormis-  
sima, vt infra latius considerabitur, item & reuerentia  
parentis eiusdemque curatricis, quia tutor loco domi-  
ni habetur, vt in l. interdictum, la. 2. versio. qui tutelam, ff. de  
fuit. item & fratris, quæ etiam est considerabilis in pro-  
posito, constat manifestissime, rescindendam esse omni-  
no d. ultimam scripturam a præd. filia celebratam, licet  
iuramentum ei accesserit: quandoquidem fuit impe-  
trata absolutio ipsius, & in processu producta & multo  
fortius probato in supradicto metu & coactione.  
21 Quarto si & ultimo eadem pars probatur, quia quæ-  
tuncque in actu aliquo accesserit iuramentum, ad-  
huc data & probata enormissima læsione annullatur &  
rescindi debet cōtractus ille, secluso etiam metu reue-  
rentiali, saltem impetrata absolutioe a iuramento, vt  
plures allegans testatur hanc esse communem opinio-  
nem, eam sequuntur D. Couar. de pact. in 6. 3. parte relect. §.

4. nu. 3. & sequentibus. Quam opinionem latissime defen-  
dit Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 77. ad fin. & plurib. se-  
quentibus, & Arias Pinel. in repect. 4. 2. 3. parte, cap. 1. n. 8. C. de  
rescin. vend. ipse in d. authent. sacramenta puberum, num. 92.  
vbi plurimos refero idem tenentes. Ultra quos eandem o-  
pinionem tenet Marianus Socin. Iun. testatus commu-  
nem consil. 47. nu. 40. & sequentibus in 3. parti. consil. sequitur  
idem consil. 53. nu. 2. & 3. lib. 1. & consil. 48. nu. 23. lib. 1. Itaque  
hæc est receptissima & constitutissima opinio.  
Magna si autem quantitas in proposito, vt dicatur  
enormissima læsio, dicitur sexta pars totius, iuxta Bar-  
toli doctrinam in l. si societatem, §. arbitrorum, nu. 25. ff.  
pro soc. cuius sententia est communis, secundum D. Ant.  
de Padil. in l. 1. num. 41. ff. de legat. 2. vbi refert aliam com-  
munem opinionem, quæ habet, hoc relinqui arbitrio  
iudicis.  
Et exemplum si in practica contingens circa hanc  
enormissimam læsionem ponit Cassiodorus de off. i. n. i.  
de emtione dicēs, hanc sententiā Romæ in Pretorio Ro-  
tæ seruata maiori iudicū parte suffragante, cū res, q̄ iu-  
sto pretio bis mille & tercentū aureos valebat, mille vñ  
fuisse vendita. Et idem inquit D. Couar. lib. 2. var. reso-  
lut. c. 4. num. 5. vidisse diffinitum in Regio Granatenfī  
pretorio in prima & secunda supplicationis sententiis;  
cū domus quædam estimationis iusta ter mille & quin-  
gentorum aureorum, vendita fuisset mille & quingen-  
tis aureis, & id maximam æquitatem habet secundum  
eundem.  
In hoc autem processu constat, probatam esse enor-  
missimam læsionem, quia testes vtriusque partis depo-  
nunt, contigisse magnam læsionem. Item pars aduersa  
idem in effectu fatetur: quoniam plura bona magnæ  
quantitatis declarata se habere. At tertia & quinta pars  
eorum, in quibus præten dit meliorate filium suum, est  
quasi dimidium omnium bonorum. Cum ergo filia ex  
prima scriptura habeat ius acquisitū ad dimidiam par-  
tem bonorum matris, quia sunt tantum frater & foror  
eiusdem matris, inter quos æqualiter omnia bona ipse  
erant diuidenda, iuxta d. priorem scripturam, recedere  
abea ipsam que annullare enormissimam læsio est; Quan-  
doquidē si hæc annullatio valeret, & mater posset me-  
liorare præd. filium masculum in tertio & quinto bo-  
norum, eundemq; melioraret, auferetur filie non so-  
lum sexta & quarta bonorū, verum omne id, quod ius-  
te ex prima scriptura acquisitum habebat, & sic enor-  
missima læsio profus contingeret: quandoquidem ni-  
hil sibi remaneret præter legitimam, quæ non vi prioris  
pactiois, sed iure naturali item & ciuili sibi debetur.  
Nec obstat, quod mater postea dederit in dotem fi-  
lia certam magnam quantitatem pecuniæ, quia hoc fuit  
datum in legitimam, vt in instrumento dotali continet-  
tur, non vero per viam meliorationis. Quia filia melio-  
rari non potest ratione matrimonii inter vivos, vt in l.  
Regia de Madrid. 10. anno 1534. prouisum fuit.  
Nec etiam obest, quod testes instrumentarii præd.  
scripturæ a filia per metum celebratæ sunt amici & con-  
sanguinei, & deponunt, nullum metum tunc temporis  
illatum fuisse. Quia, vt dictum & probatum est, coactio  
& metus fuit prius illatus, vt filia præd. instrumentum  
celebraret, quo tempore ipsi testes non fuerunt præ-  
sentes, sed alii examinati & deponentes in fauorem is-  
tius filie, quibus magis credendum est, quam de spon-  
tanea voluntate deponentibus, quamuis eodem tem-  
pore fuissent præsentes, vt supra dictū est, maxime, di-  
uerso tempore, duranteq; semper causa metus.  
Secundo modo respond. quod vltra supra dictum  
metum alia plura simul concurrunt, vt visum est, quo-  
rum singula operantur, etiam actus iurati rescissione, vt  
supra quoque probatum est. A fortiori igitur omnia  
simul iuncta idem operantur. ¶ Tertio respondeo, 24